



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Ioannes Frobenivs Lectori S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**



ACCIPE studiose lector Galeoti de homine cū  
exteriori, tum interiori libros <sup>duos</sup>, cum doctis-  
sima Georgij Merulæ lima. Proderunt hī sane  
non modo philosophis, & Medicæ rei studio-  
sis, sed & omnibus, qui Musarum sacris operantur. Nam  
quid magis bellum esse queat, quam hominem <sup>ἐκ ποδῶν</sup>  
<sup>ἢ κεφαλῆς</sup> corporis sui partium, nomenclaturam, situm, ab-  
fectionemque pernouisse? Nisi uero hæc ignorasse pulchri-  
us est, ut hic quoq; cum brutis, brutalem amplectamur stoli-  
ditatem. Docet primus, quo quæque exterior corporis pars  
nomine uocetur. Secundus morbos, & affectiones interio-  
rum membrorum cum uocabulis aperit. Addidimus in-  
dicem & fidelem & utilem. Bene Vale, & de hoc labore nos  
ama. Apud inelytam Germaniæ Basileam.